



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clavis Aurea Thesauri Partheno-Carmelitici, Sive
Dissertatio Historico-Theologica, Referans atque
Exponens Antiquitatem & originem, confirmationem ac
propagationem, beneficia ac privilegia, gratias & ...**

Paulus <Ab Omnibus Sanctis>

Viennæ Austriae, 1669

Pars Sexta. De alijs nonnullis sacri Scapularis Beneficijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64293)



PARS SEXTA,

De alijs nonnullis sacri Scapularis beneficijs.

CAPUT I.

De temporalibus quibusdam beneficijs supra naturam sepius Confratribus collatis.

319.

Innumera medio Mariano Scapulari miracula fiunt.



LIA complura, eximiaque beneficia Partheno Carmelitici SCAPULARIS interventu, supra naturæ cursum, divinitus sepius Confratribus conferuntur: non quidem omnibus omnino indiscriminatim, sed quibusdam duntaxat peculiariter dilectis. Quotidiana namque constat experientia (ut nunc nihil de continua jam inde a temporibus SIMONIS nostri traditione dicam)

propè innumera, Mariano SCAPULARI, opeq; DEIPARÆ mediante, patrata fuisse miracula, ut ideo jure merito ab Augustissima Cælorum Regina nuncupetur, SIGNUM SALUTIS, SALUS IN PERICULIS, FOEDUS PACIS &c. Et idem de eo, pro portione quadam, affirmant nonnulli, quod de se Christus ad Joannem, Matth. Cap. 11. dixit, *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Et illa Regij Psalms. 134. verba, *Fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro:* exponendo ad nostrum propositum, sic inquit. *Admirabilia, nec alias facile audita, hoc sacre vestis instrumento DEIPARÆ Virginitatis præstitit opera, supra terram, in terra, & infra terram: in elementis, in hominibus, & ipsis inferis.*

320.

ATQVE ut à terrenis istis ordiamur; quæ non vidimus per DEIPARÆ

DEIPARAM hujusce vestis suæ beneficio prodigia edita in terris?
Nunc Cafforix propè Neapolim puerum, *Dominicum* nomine, à mæ-
levolo homine pessimè saucium, puteo immersum, lapidibusque ob-
rutum, ac veluti sepultum, octo ipsos dies, sine cibo ac potu, ullo-
que humano solatio incolumem servat, indeq; eximit. Alias fæmi-
nam *Nuntiam Brancacciam* nuucupatam, à germano fratre ad mortem
usque fustigatam, brumali tempore vestibus omnibus nudatam, & in
in puteum nonaginta sex ped. profundum præcipitatam, septiduo
absq; ulla esca conservat, vitam prorogat, ac luci restituit.

Nunc denuò haud procul à Neapoli, puerum alium *Ioannem* ap-
pellatum, ab impio quodam in altissimum quoque puteum demersum,
saxisq; coopertum, post plures dies divinitùs luci ac libertati reddit.
Alias etiam fæminam Neapolitanam, à duobus germanis fratribus suis,
novem planè lethalibus vulneribus perfossam, & in aridum profun-
dissimumq; puteum, velut jam vita functam, abjectam, magnis pluri-
misque lapidibus, ad immane facinus celandum, coopertam, ab im-
missis saxis visibiler protegit, citraq; ullum humanum auxilium,
admirabili planè modo novem dierum spatio vivam conservat.

Nunc *Thomam Giojam* Recani in territorio Capuano, à suis hosti-
bus plagis plurimis iethalibus saucium, ac pro mortuo in siccam
25. ped. profundam cisternam præcipitatum, terraq; obrutum, de-
cem ipsis diebus, sine ullo victu, divinitùs à morte liberat, sospitatiq;
restituit.

Nunc Lotharingum quendam Colonix Agrippinæ, profundam
fossam pro jaciendis cujusdam Cœnobij fundamentis effodientem, à
relabente magno impetu effossa terra, opprimendum alias, tumulan-
dumq; visibili specie conspicua Virgo illæsum servat ac protegit.

Et quod multò ampliùs mirandum: Neapolitanum quendam
agricolam altissimum puteum fodientem, terraq; adjacente obrutum
ac sepultum, visibiler apparet, pallio suo protegens, triduo hac
ratione prodigiosè incolumem servat, atq; à præsentissimo interitu
vindicat.

Deniq; , ut alia complura hujus generis prodigia silentio præ-
teream, militem quendam Italum in regno Bohemix, haud procul à
Praga, fustibus, stipitibus, sudibusque contusum, ac pro defuncto se-
pulturæ traditum, in ipso tumulo divinitùs tridui quoq; spatio vivum
servat, atq; demum mirabiliter luci restituit. In.

Admiran-
da prodi-
gia, que iu-
tra & supra
terram
contigere.

321.

Nonnulla
prodigia,
quæ intra
aquam pa-
trata re-
cententur.

IN AQUA autem, nunc navigantes ab irati, ferventisque Ma-
ris minis ac procellis divinitus absolvit: alias, naves ipsas cum ve-
storibus, ab intumescensibus supra omnem modum fluctibus, jam jam
absorbendos prodigiosè eripit ac servat. Nunc aquas fluminis ve-
veum suum longè lateque excedentes, & plurima gravissimaq; damna
inferentes, & majora, pluraq; minitantes solo sacri Scapularis con-
actu, intra pristinos limites cogit ac reducit: alias nudo similiter
ejusdem actu, procellosos infestissimi Maris fluctus prodigiosè
que derepente sedat ac serenat.

Nunc mulieres, quæ nescio quo furore percitæ, se in Mare
gerunt præcipites, in ipso aquarum summo æquore sustinet, nec sor-
bentur: alias multoties diversis temporibus, ac locis in mare, flu-
vios, puteos, aut alias in aquas, aut ab alijs præcipitatos, ut
ex casu inopino atq; adverso lapsos, simili miraculo à submergione
dicat, servatque.

Nunc quosdam in, & sub ipsis aquis per horæ quadrantem, ali-
as per horam dimidiam, quosdam per horam integram, alios per
sesqui horam, atque alios per plures horas, & quod summè miran-
dum nonnullos, per tres dies integerrimos, noctesq; stupendo pro-
digio, vivos conservat atque incolumes educit. His nihilo inferius
us id, quod Philocalus Caputus, Neapolitanus, refert, dum pueros
quarum molas vertentium vorticibus abreptos, ac demum submer-
sos vitæ reddit. Unum quoque in his prodigiosis eventibus impo-
sè animadvertendum occurrit, quod scilicet parthenium SCAPU-
LARE medijs in aquis, sæpè numero adeo ab omni humore immo-
manserit, atque siccum, ac si aquam ne contigisset quidè, cum raris
indusium, & cætera vestimenta omnia prorsus immaduissent.

Lib. cui ti-
tulus, *Mons*
Carmeli,
excus. ve-
netijs an.
1626. di-
scurs. 1.

322.

Prodigia
in aère.

JAM in aère quæ non patravit? Sæpius miseros mortales, de
elatis turrium, fabricarū, ædificiorum, præcipitiorum, arborumque
fastigijs infeliciter lapsos, SCAPULARIS beneficio, suo veluti pro-
mio SS. Virgo indemnes excipit. Eodem pluribus jam mortis
per furcam ac laqueum damnatis, propitiùs succurrit, & horū
istorum laqueo divinitus dirupto, vitales, etiam post tales cruciatum
servat spiritus.

323.

PORRÒ de igne quid dicemus? Non minora sanè, nec im-
quentiora Divinæ manus opera per parthenium SCAPULARIS
ignis

ignibus sunt deprehensa. Quam innumeri ejusdem Marianæ vestis atque intercessionis beneficio catapultarum, sclopetorum, bombardarum, aliorumque ejusmodi bellicorum tormentorum vim ac globos illi exceperunt. Quot non hoc medio divinitus pyrobolos, sagittas, fulmina, flammam, exustiones, aliaque id genus mala feliciter evaserunt? Quot non latè grassantia, & omnia depascentia incendia, mirifica hæc vestis velut inundans, vehementissimusque imber, aut nimbus momento extinxit? Fidem mihi adstruet, ut prope innumera, quotidianaque, ut ait Raynaudus, hujus generis exempla sileam, vel una urbs Salernum: cujus quamplurima ædificia, cum tres omnino dies arfissent, nec igni restinguendo via, aut modus suppeteret, sacro SCAPULARI duntaxat in populabundas flammam à pia femina injecto, ipsæ quidem illicò sopitæ sunt, illud autem factum tectum, superata vi immensa hujus elementi, inter ipsos cineres repertum est.

Mirificissimum est, quod modo laudatus Theophilus Raynaudus recenset de quadam pia muliere, quæ Mariano instructa SCAPULARI, cum intra flammam domum depascentes hæfisset per horam dimidiam, solo operta indusio, exempta inde est, ne capillo quidem violato, ac indusio, cui Scapulare adnexum erat, prorsus intacto.

Quis paucis complectatur verbis admiranda prodigia circa fera animalia patrata? Quidam huius sacerrimæ vestis virtute inter favissimas rugientium Leonum fauces, alij inter crudelissimas sævientium Ursorum unguis: quidam inter furentium Aprorum acutissimas dentes, alij inter Taurorum ferocium cornua, miraculosè planè incolumes servati sunt. Quidam indomitorum Equorum efferatas calces, alij rabidorum Canum venenatos morsus: quidam Anguium & Viperrarum, alij Aspidum, & Basiliscorum, aliorumque id generis virulentorum animalium lethifera, præsentissimaque venena divinitus, hoc sacri Habitum clypeo protecti, indemnes evaserunt.

Quam innumeri hac Parthenia veste muniti, ab impijs hominibus globis, pilis, glandibus, lanceis, hastis, bipennibus, frammeis, pugionibus, ensibus, machæris, acinacibus, sicis, sagittis, telis, jaculis, sudibus, fustibus, lapidibus, saxis, alijsque ejusmodi violentæ mortis instrumentis impetiti, & invasi, ejus beneficio, aut ab omni prorsus, etiam levissima, plaga, vulnere seu læsione manserunt.

H h h

immu-

Prodigia
stupenda
circa ele-
mentum
ignis.

Lib. cit. 1.
p. cap. 6.
Philoc. Ca-
putus loc.
cit.

324.

Prodigia
complura
circa fera
animalia.

325.

Innumera
omnis ge-
neris pro-
digia.
Per multi
ut servaren-

tur à morte aeterna servati sunt ad tempus à morte temporali &c.

326.

Mortuis vitam, cæcis visum, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum &c. restituit. Omnis generis morbos sanat.

327.

Steriles ac parturientes divinitus adjuvat.

328.

Malignos Spiritus expellit, & eorum infestationes reprimit.

Magorum ac Sagarum veneficijs obstat & impedit.

immunes, aut gravissimè etiam, ac lethaliter saucij, confestim divinitus sani atq; sospites effecti sunt! aut tamdiu saltem à præsentissima morte, insigni miraculo, in vita servati, donec expiata per sacram exomologesim conscientia, alijsq; Sacramentis, pro felici decessu necessarijs, piè receptis, incontaminati ad DEUM migrant.

Nec defuit Marianæ vestis, & opis vis & energia cæcis, surdis, mutis, claudis, paralyticis, amentibus &c. imò nec defunctis; his enim non semel vitam, illis visum, auditum, loquelam, gressum, sollicitudinem mirabiliter restituit.

Qui in morbis citum, ac præsens auxilium à sacri Scapularis generatione senserunt, occurrunt tam multi, ut non possit hic iniri numerus. *Constat ubivis ferè terrarum, inquit loc. cit. Raynaudus, omnis generis agritudines hac una via esse persanatas. Febres, & quidem lethifera: pedum apostemata, rabidos dentium cruciatus, lethargicos sopores, medicyniam, tormina iliaca, paralytes, aquam intercutem, epilepsiam, elephantiasim, & venenatorum omnium præsentissimam pestem.*

His addenda veniunt miracula non rarò in sterilibus, ac parturientibus patrata. His enim in gravissimis cruciatibus, supremoq; vitæ periculo propitiùs adfuit, & mirificè adjuvit: illis verò, post longos in sterili conjugio exactos annos, sæcunditatem mirabiliter contulit, ac divinitus concessit.

Et quis, O DEUS bone! universa recenseat Parthenæ opis & vestis admiranda, & prodigia? E plurimis, de quibus adhuc disserendum foret, unum duntaxat paucis solum insinuabo. Mirificam scilicet vim ac virtutem ejus, non modo in expellendis ab obsessis corporibus malignis Spiritibus, & reprimendis, ac coercendis omnibus universim eorum infestationibus, & divexationibus, verum etiam in eorundem asseclarum & mancipiorum, magorum dico & sagarum diabolicis artibus, & veneficijs; ut hi & illi pluries, vel spontè, vel coactè confessi sunt.

Hi & hæc quidem, dum judicialiter examinarentur, & ad maleficorum suorum confessionem urgerentur, non semel, ut fide digni Authores referunt, pleno ore fassi sunt, se nunquam potuisse suis maleficis & veneficijs quidquam nocementi inferre Confratribus sacrum SCAPULARE gerentibus, quantumvis, ex infensissimo in DEIPARAM & ejus Confratres odio & rabie, sæpè numero id impensissimè conati sint

sint, licet interim alijs illo non instructis, absq; ullo obstaculo, iisdem suis artibus & beneficijs plurimum nocuerint.

Illi verò, Cacodæmones videlicet, pluries vel sacris Ecclesiæ exorcismis, coacti, vel virtute ejusdem sacerrimæ vestis, quam perferre nequibant, constricti, cum horrenda lamentatione, atque ejulatione publicè omnibus audientibus propalarunt, ac confessi sunt, plurima gravissimaq; damna, quæ ex debita, devotaq; sacri SCAPULARIS gestatione infernus percipit: utpote cujus beneficio animæ quàm plurimæ salvantur.

Refert quoque R. P. Joseph de Velasco, in vita Ven. FRANCISCI JEPEZ, huic homini DEI divinitus revelatum fuisse, quod inter tria, quæ Dæmones vel maximè oderunt, eosq; cruciat vehementer, unum sit, quod *sacrum SCAPVLARE SS. Virginis Mariæ de monte Carmelo passim feratur*

De his, & præfatis omnibus admirandis, & prodigijs prolixius, & singillatim disserui in *CARMELO THAYMATVRGO*, libro primo & secundo, ubi Authores quoque complures adduco, qui de his scripsere.

CONFIRMARI quoque hæc queunt illis, quæ Philibertus Fezayus S. Theolog. Doct. & ejusdem Facultatis Decanus, & Professor Regius in Universitate Borbonia Aquensi, tradit in opere inscripto, *Duplex privilegium sacri Scapularis &c. Privilegio 1. controversia 2. exponendo supra relata verba Augustissimæ Virginis: Ecce signum salutis, salus in periculis, fœdus pacis &c.* ubi hæc habet: *Dico illis verbis, Ecce signum salutis, significari gratiam sanitatum: & sequentibus, Salus in periculis, denotari propulsationem periculorum, quæ sunt duæ prærogativæ, quibus B. Virgo ditare voluit sui Ordinis SCAPVLARE, ut illi, qui cum ea hoc fœdere pacis, & pacti sempiterni conjuncti forent, à varijs morbis, periculisq; imprevisis protegerentur.*

Probatur PRIMO de gratia sanitatum, quia Scapulare; seu B. Virgo ad presentiam SCAPVLARIS, sepè numero rigores & ardores febrium, etiam mortalium fugavit: *Apostematum pædotes extirpavit t medicraniam lancinantem retudit: dentium dolores lenivit: lethargia sopitos, quasi ex morte ad vitam revocavit: colicæ terebrationes in ventos resolvit: Paralyticos ambulare fecit: Hydropicos aqua intercute liberavit. Pestem, elephantiasin, epilepsiam, atq; id genus morbos sanavit. Deniq; Virgines fovet, castitatem conservat, sterilitatem propellit, & fecunditatem inducit.*

H h h 2 Pro-

Dæmones contentur damna, quæ percipit infernus ex devota sacri Scapularis gestatione.

329.

Quænam ægri tudines divinitus medio sacro Scapulari curatae sunt?

330.

Incendia
relinguit:
à fulmine
conservat.Gloriâ,
pilarum &
glandium
vim & vi-
res retun-
dit,a mala
morte præ-
servat,

331.

a collisio-
ne liberat,
à suffoca-
tione in
aquis, &
ab alijs
præsentissi-
mis peri-
culis.

Probatur SECUNDO de periculis propulsatione universè: quia extinguit incendium: cum enim aliquoties domus conflagrarent, projecto in ignem SCAPVLARI benedicto, cessavit flamma, & SCAPVLARE inter medios carbonibus incombustum apparuit. Tribus pueris in uno lecto recumbentibus cecidit fulmen in cubiculum, duo extremi fuerunt tacti, medius, qui gestabat SCAPVLARE, mansit intactus. Simile quid contigit non à longo tempore quibusdam in territorio Aquensi viatoribus. Atq; ita, sive foris, sive intus B. Virginis MARIE de monte CARMELO Sodalitatis alumni sæpè reperti fuerunt præservati, quando alij in eodem hominum cœtu fulminis ictum senserunt. Gallorum sub rexillibus Christianissimi Regis in exteris Regionibus militantium, pleriq; SCAPVLARI, quasi tunica loricati abenea globulos catapultarum plumbeos in ipso conflictu ex adverso, pectore susceperunt, qui SCAPVLARE attingentes tenuiter lapsi sunt, & in eo solum sua vestigia reliquerunt. Pleriq; verò grandi ulcere vulnerati in corde, partim B. Virginis adiutorio, partim pio ergà sacrum SCAPVLARE affectu, satis temporis nacti sunt, ut susciperent tria Sacramenta morientibus ad salutem necessaria, antequam suas animas exhalarent.

Quam multi ex summis turribus lapsi sospites surrexerunt? Quam moliri ligatis manibus & pedibus in mare demersi, ad bonam temporis moram, videlicet quinque vel sex horarum, vel unus aut alterius diei, manserant aquis obruti, quos variis in locis varij piscando invenerunt vivos, & sacro SCAPVLARI munitos? Quam multi auvigarum incuria, aut equis, aut quadrigarum retis ex improvise interjectis aliquando illæsi evaserunt, aliquando peritorum iudicio desperatam sanitatem SCAPVLARIS privilegio obtinuerunt? Exempla hæc, sicut etiam alia innumera videntur &c. Hactenus Fezayus.

Non dissimilia tradunt exponendo præfata DEIPARÆ verba è nostris P. Emmanuel à JESU-MARIA in opere Romæ excuso, ac inscripto, *Fructus Carmeli*, Tom. 1. discursu 17. P. Philippus Maria à S. Paulo libro 3. suarum Concionum Romæ quoque edito, serm. 3. & 4. P. Philocalus Caputus, in varijs suis Opusculis, P. Gregorius Nazianzenus à S. Basilio in Adoptione parthenia, & iterum in Instructione familiari Confratrum &c. P. Daniel à Virg. MARIA in *Vinea Carmeli* Part. 5. Cap. 6. & ut alios transeam, P. Lezana in *Mariano suo Patronatu* Cap. 9.

Haud parum quoque suprascriptis omnibus confirmandis delere vire valent ea omnia, quæ supra laudatus Theophilus Raynaudus egregiè disserit, de Mariani Scapularis admirandis ac prodigijs Cap.

6. Part. I. Operis sæpius citati, ad quæ (brevitati consulens) Lectorem remitto. Sed intermittere nequeo, quin hic apponam totum Caput subsequens ejusdem libri, in quo postquam complura jam Partheniæ vestis beneficia, privilegia atque prærogativas recensuisset, tandem concludendo affirmat, probatque, *sacrum SCAPVLARE jugem esse scatebram spiritualium donorum, signum salutis æternæ, notam prædestinationis*; quod ipsum ego, hanc de privilegijs, beneficijsque Virginei SCAPULARIS Dissertationem terminando probare intendebam, sed malo id potius verbis ejusdem disertissimi, celeberrimique Authoris, quam proprijs, majoris fidei, autoritatisve conciliandæ gratia, asserere ac confirmare. Ipsum igitur hic disserentem audiamus.

CAPUT II.

Marianum SCAPVLARE jugis scatebra spiritualium donorum, signum salutis æternæ, nota prædestinationis.

ROLATUS proximè est gustus operum supra naturam; circa sanitatem, vitam, & immunitatem à malis temporarijs collatam. Nunc attingenda obiter sunt spiritualia bona, præ quibus illa alia inferioris ordinis beneficia, vix aliquo sunt loco. Nam ut S. Augustinus pulchrè differit, qualecumque aurum, ac vel si sordens, & plurima excrementitia fuligine oblitum, præstantius est plumbo, quantumvis defæcato, & per purgato. Similiter ergo spiritualia bona ad animæ salutem spectantia, etiam si minuta & tenuia; cum spectent ad gradum superiorem, sunt inadæquabiliter præcellentiora quibusvis bonis temperarijs, quantumvis in suo genere pretiosis.

Pono porrò ut exploratum, totam SCAPULARIS effieacitatem ad bonorum spiritualium devocationem, ex eo prodire, quod sit tessera & pignus benevolentia, qua B. Virgo piè gestantes hujusmodi vestem complectitur. Hæc autem benevolentia, quantum spiritualium munerum sit ferax, S. Bernardus mellitissimè attigit; spectato honore, quem Filius Matri debet. Itaque quid non potest

H h h 3

apud

332.

In Psaim.
145. ad V. 1
Quantum differant bona spiritualia à temporarijs.

Sacrum Scapulare tessera est & pignus benevolentia Mariæ.

Serm. 1. de Assumpt. apud gratissimum Filium, optima Mater? Nihil proinde non exorabit, quod ad salutem hominis pertineat, si benevolum oculum in aliquem adjecerit. Adjiciet autem, si qui sint, quibus hoc vestimentum salutis curaverit. Ut hoc summæ consolationis argumentum Sodalibus Marianis innotescat, aperienda est radix prima omnium spiritualium bonorum, & huic negotio accomodanda.

Ad Rom. 8. Prædeterminationis est radix omnium bonorum. spiritualium: ejus incertitudo.

30. Mor. cap. 32. Lib. 6. in 1. Reg. 4. Serm. 1. septuag. serm. 2. in Off. Pasch. serm. 5. in Dedic. Eccles.

Docente ergo Apostolo, constat, primam radicem boni cuiusvis spiritualis, fructuosi ad optatum æternæ gloriæ finem, esse divinam prædeterminationem; inde enim vocatio, ex qua justificatio: ac denique glorificatio justificationem & vocationem obsequans. Quare si constiterit, fieri SCAPULARIS pium usum esse signum prædeterminationis; eo ipso liquebit SCAPULARE esse signum salutis, & primam scilicet radicem spiritualis cuiusvis boni, atque adeo verè signum in bonum. Quatenus autem SCAPULARE Virgineum statui possit signum prædeterminationis, non omnino liquet. Sed illud est extra controversiam, nemini videntori, extra specialem revelationem, notam esse posse prædeterminationem suam, juxta illud à S. Gregorio expositum in hunc sensum. Nunquid nosti ordinem celi, & pones vationem ejus in terra? Idem tradit alibi, expendens illud Johan. 3. Spiritus ubi vult spirat: & nescis unde veniat, aut quo vadat. Nimirum in tanto per hanc viam lubrico, & pugnis assiduis, ac tam multorum conspicua dejectione; omnia in futurum servantur incerta, ut bene considerat non uno loco Bernardus.

333. Prædeterminationis signa. Lib. 12. in Conc. à C. 11. ad 19. lib. de perfect. Monast. consens. c. 7. Lib. 1. de bono stat. Relig. c. 32. Lib. 3. par. c. 116 3.

NIHILO MINUS sana doctrina ex Patribus, ipsisque Scripturis hausta agnoscit, salva regulari prædeterminationis incertitudine, dari quædam verisimilia ejus signa. Ejusmodi præsertim sunt, quæ octo vulgatis Beatitudinibus continentur; ut fusè prosequitur Andreas à Vega. His addunt alij, perseverantiam in semel inito Religioso statu; ut bene monstrant Laurentius Justinianus, ac Hieronymus Plato. Eodem pertinet, auditio Verbi DEI, cum interiori affectu conjuncta; quod signum ex multis Scripturis, & Patribus, illustrat Michaël Medina. Sed unum aliud, nemini cæterorum signorum de aliquali evidentia concedens, censetur esse pietas singularis erga B. Virginem. In quam rem latè ac bene disserit Pelbartus, & ex eo Spinellus: & eruditè (ut omnia) Recapitulus. Sanè ex affectu, quo quis fertur in B. Virginem inferre licet, reciprocum DEIPARÆ affectum ergà addictum sibi Clientem; quia ipsa, Filij imitatione, diligenter

liger se diligit : nec gravatur , imò gaudet amantes se redamare.

Quin etiam sicut DEUS ita diligit diligentes se , ut præveniens eorum dilectionem , anteoccupet voluntatem humanam , & immitat semina , unde dilectio progerminet : ita B. Virgo amatores suos benevolentia indebita prævenit, & anteoccupat , inferens per impetrationem sancta lumina , & pios afflatus ac benedictiones dulcedinis, sapore vitali (ut Ennodius (a) appellat) perfundentes hominis voluntatem ; quo sic permota velit diligere. Et eo modo se gerit B. Virgo ergà populum honorificatū ; in quo propterea *radicare* dicitur, & in *Electis DEI mittere radices*.

FERUNT hoc , insignes pleriq; tituli à nobis digesti in *Nomenclatore Mariano* &c. (ac quibusdam interpositis prosequitur.) In ea ergò Opella nostra , B. Virgo , dicta à Patribus refertur , *Janua*, aut *Porta Celi*. Ita Petrus Damiani , Epiphanius Junior , & Damascenus. Dicta item legitur *Celi Fenestra* , apud Chrysostomum atq; Fulgentium. Ab alijs denominata est, *Columna flamma deducens ad promissionis terram* : *Corona Sanctorum omnium*, *Diarium unicum creaturae Domini*. Illius, inquam , creaturae , cujus primi Christiani erant initium , hoc est , creaturae ad gloriam æternam, ante tempora sæcularia, prælecta. Aliqua quidem hujusmodi illustrium nominum delata interdum sunt B. Virgini propter Filium ; ita ut dicta sit v. g. *Janua Celi* , quia edidit Christum , qui Celi aditum referavit. Non infrequenter tamen iidem tituli, juxta Patres , immediatè cadunt in B. Virginem. Nam qui eos deferunt , satis insinuant ex mente sua ; aditum ad gloriam , & conscriptionem cujuscunq; Electi in Libro Vitæ , in suo gradu & ordine pertinere ad B. Virginem. Ac proinde ratum esse debet , agnosci à Patribus influxum aliquem moralem B. Virginis in executionem Prædestinationis æternæ ; nexam cum ipso delectu ad gloriam , ut executionem cum intentione. Statuendum item est ut ratum , ipsam quoque esse ; quæ suo modo , id est , impetrando ac exorando , subministrat suppetias omnes , quibus Electi deducuntur ad ubertatè Domus DEI ; ibi inebriandi fonte vitæ & pane intellectus saginandi. Non dubitavit sanè S. Germanus , præ ea subministratione assidua , DEIPARAM denominare *Spiritum* , & *Vitam Christianorum*. Quomodo enim corpus nostrum , vitalis signum operationis habet respi-

In *Stellario*.

in *Throno*

Deip. num.

17. Tract.

de signis

prædest.

Singularis

in B. V.

pietas po-

tissimum

Prædesti-

nationis

signum.

(a) *Epist. ad*

Constant.

334.

Tituli qui-

bus MARIA

à SS. Pa-

tribus ho-

noratur.

Orat. de

Zona B. V.

respirationem: ita sanctissimum Virginis nomen, quod in suorū ore assidue versatur; vitæ, lætitiæ, auxiliij, non solum est signum, sed etiam ea curat.

335.

*Part. 3. p.
5. num. 37.*

Nota insignem D. Laurentij Justiniani sententiã.

IN IPSUM ferunt, quod aliqui Patres tradunt, perire non posse, qui bene affectus fuerit erga Matrem Salutis. Adduxi nonnullos ita locutos, in *Diphthychiis Marianis*; quibus nunc addo Laurentium Justinianum, qui glossans verba illa Christi in Crucem suffixi ad Matrem, *Mulier ecce Filius tuus*, sic inducit colloquentem Matri Christum: *volo ut illam (Ecclesiam) de cætero in Filium habeas, illam Tuis orationibus protegas, atque virtutibus auctam ad me perducas. Eidem quoque mandat, ut Te tanquam Matrem veneretur, Te diligat, ad Te confugiat: Te inter DEIPAM & se, Mediatrix faciat. Te advocabit in periculis, in dubiis consulat, in necessitatibus implorabit. Non minus de Te, quam de me captabit fiduciam. Faciam prorsus, ut omnes concurrant ad Te, eritque nomen tuum honorabile in omni generatione & progenie. Nemo in tui invocatione spernetur, nullusque devotus Tibi, à me efficietur alienus. Indissolubili charitatis federe Te illi, & ipsam copulabo Tibi. Totus locus, sonat quod propolui, Sed expectantur nominatim verba illa, nullus Tibi devotus, à me efficietur alienus. Atqui non esse à Christo alienum, est esse cum eo: & accenseri predestinatis ad æternam sortem beatitudinis.*

Quare habere faventem atque benevolam hanc divini ærarii Erogatricem, à qua subsidia electa ad potiendum æternam felicitatem suppeditentur ad modum prædictum; habere inquam, amicam hanc ecclestam Thesaurariam, quæ sumptus in Cæli viaticum necessarios liberaliter subministret, hanc Cæli Jantricem, per quam pateant Portæ æternales; *Signum est predestinationis*. Nec verò qualescunque, sed admodum verisimile.

336.

Quare Sodales Carmelitani speciali gaudeant benevolentia B. Virg.

QUOD autem Sodales Parthenici potiantur speciali benevolentia B. Virginis, conijcere licet ex hoc pignore, per ipsammet DEIPARAM delecto: & ex tot argumentis, quibus jam à multis seculis prodidit, placere sibi hujus Religiosæ observantiæ Tesseram, & qui eam usurpant, pro specialibus Filijs à se haberi. Itaque perspicuum videtur, Scapulare Virgineum insigni illa prærogativa exornari, quod sit *predestinationis nota*; quia cum sit tessera incensæ affectus erga DEIPARAM, ex semine per ipsammet jacto excitati; est etiam signum reciprocae specialis benevolentiae tantæ Matris, curaturæ mediæ

electa ad salutis æternæ adeptionem, qua est apud Filium gratia, & in dilectos suos benignitate.

Hanc rationem, quæ potest censeri à priori (quippe continens causam, cur gestatio Scapularis Parthenici, dicatur *Signum prædestinationis*) firmat optima ratio, ducta ab experimentis, quæ interdum fuerunt ejusmodi, ut nihil deesse videretur, ad palpandum insignem hunc effectum, cui declarando insistimus.

Duo quæ superiori Capite signavi, agens de dispendio globi in nobilem, cui nomen *de Cuge*, & in militem à Croatia: [recensue- rat de illo, quod cum anno 1636. inter trajiciendum Ticinum am- nē vibrata in ejus pectus fuisset muralis tormenti pila (unde postmo- dum cor deprehensum est diffractum, & obrutum contritione per- valida) globo in SCAPULARE quod gestabat illiso, & Scapulari intra cor adacto, non conciderit tamen illicò exanimis, ut sanè ne- cessario requirere videbatur tantæ vehementiæ ictus, & lethalis- omnino læsio, sed per horas tres anima ejus in ipso fuerit; donec advocato, apud quem peccata deponeret, Confessario, Christiano ritu expiatus defecit. De hoc autem, scilicet milite Croata, quod cum prædabundus obiret cum duodecim socijs Lotharingiam; & comprehensus fuisset in oppidulo ad Mussipontum, cui nomen *Tiocur*, consilio militari manu socijs: tamen qua gladio impacto, quæ brevissimi sclopi missu centies saucius, etiam capite validè diffractum, & cranio in duas partes disrupro, contestatus semper fuerit, frustra conniti, qui lethum ejus urgebant: & nulla vi eripiendam sibi fore vitam, donec expiata ritu Catholico per exomolegesim conscientia, nitens ad Deum migraret. Hortantibus, qui aderant, ut sibi per contritionem prospiceret: Ego, in clamabat, Filius DEIPARÆ sum Virginis, sacro ejus habitu jam pridem amictus; nec ante extrude- tur è meo corpore anima, quam sim de peccatis confessus. Felici forte, nec absque Numinis speciali providentia, & Virginis Matris in miserum Clientem suum benevolentia, Sacerdos Metas petens, in- hominem incidit, à quo auditus, & ritè absolutus, illicò efflavit ani- mam, ultimo Januarij, anno 1640.]

Duo hæc, *prosequitur Auctor*, ejusmodi sunt, ut vix possit aliquid desiderari in hanc rem illustrius. Videtur enim uncialibus literis exarata, in utroque eventu, divina ad gloriâ prædestinatio, execu-

Cur pia gestatio Scapularis parthenij signum sit prædestinationis?

337.

A Raynau- do proba- tur hoc ipsum tri- bus prodi- giosis ca- sibus.

Prædesti- natio ad gloriam

executioni
mandatur
Scapularis
beneficio.

tioni mandata beneficio SCAPULARIS; impedita supra naturam præcipatione in mortem; dum expectatur, qui Christiano ritore pietate ante migrationem animæ à corpore, & vitæ aures disruptio-

338.

ALIUD exemplum sanè luculentum in eandem rem, adducitur à Petro Swaningtone, B. SIMONIS Stockij socio. Refert enim nobilem ad extrema deductum, affectu sacri SCAPULARIS, à furore, & æstro Dæmoniaco, quo fœdè agitabatur, esse liberatum. Sicque facto mentis flustro, sedatè suscepisse Sacramenta, & optatè dispositum obiisse: cum priusquam sacro SCAPULARI contingeretur, nullam Confessionis, nullam Eucharistiæ mentionem admittiret. Quis hic non videat *signum prædestinationis* in Scapularis admotione luculentum? Hic si sacrum SCAPULARE non contigisset, inexpiatus peribat. In ELIÆ vero melote, moraliter securus, tranavit annem hujus mortalitatis, & ad littus æternæ quietis felicitatis emerfit, certus salutis suæ humano modo, ac verisimillimè, adeo minus perit, invocato nomine MARIÆ.

Nullus perit
invocato
MARIÆ
nomine.

339.

HUC quoque referenda sunt, quæ idem Author de hoc eodem argumento scribit *P. ut. 2. quest. 7.* In objecto ejus (inquit) hoc est signo gratiæ & prædestinationis, est præcipuus nodus hujus negotii, qui tamen haud difficilè expediendus videtur, dicendo SCAPULARE Carmeleum, esse ex DEIPARÆ instituto, *signum salutis, & notam prædestinationis*; quatenus gestatio Scapularis: ejusmodi tellera est singularis protectionis B. Virginis, affuturæ Sodalibus, & conciliaturæ media gratiæ singularia, quibus & securius servantur mandata, & tutius ad optatum finem beatitudinis pertingatur. Non plus dicitur cum asseritur, *gestationem SCAPULARIS esse signum salutis, & pignus vel notam prædestinationis.* Quid verò solidæ difficultatis, circa hoc proferri possit, plusquam adversus alia signa salutis & prædestinationis, equidem non video.

Lib. 12. in
Concil. cap.
11.

Ostonarius Beatitudinum, ab Andrea Vega assumitur, proo-
duplici nota prædestinationis, & æternæ salutis à Christo proposita.
Itaq; pauper spiritu, ac mitis, & persecutionem patiens propter justitiam, pronuntiantur futuri in fine compotes gratiæ, & immunes ab æterno incendio; supponendo semper, quod communia omnia mandata servaverint. Et cum hoc sensu talia dicuntur esse signa salutis

ti & predestinationis, nemo succenset. Quam multa verò alia dicuntur juxta Scripturas habere vim justificandi, & salvandi, quæ tamen subintelliguntur vim illam suam exertura, si cætera ad sint, ex natura rei, vel ex Divino ipstituto necessaria? Sic Rom. 3. dicitur, *Arbitramur hominem justificari per fidem.* Rom. 8. *Spe salvi facti sumus.* Tob. 12. *Elemosyna à morte liberat, & ipsa est, que purgat peccata.* Jacobi 1. *Institutum verbum potest salvare animas vestras.* Hæc & alia id genus, passim in Scripturis leguntur, neque tamen (ut benè notavit Bellarminus) ullus est, qui indè colligat, solam fidem, aut spem, aut eleemosynam, vel solum verbum, justificare, aut salvare, aut à morte æterna eripere, absque alijs ad eundem finem requisitis. Sed Scriptura sic loquens, vult tantum significare, prædicta habere vim suam ad illum finem: & eum (quod ad se attinet) advehere, si cætera non desint.

Ut quid ergò aliter statuitur de *gestatione Scapularis*, cum dicitur illud esse *signum Salutis, & predestinationis*. Tantum enim significatur, eam gestationem piè factam, habere vim suam, ut quis salutem adipiscatur, & fiat in eo executio predestinationis; ut fert DEIPARÆ promissio, binis revelationibus patefacta.

At nihil singularis privilegij habebunt Sodales Carmelitani, si promissio tantum ferat, eos potituros salute, si servent mandata, & vitam piè exigant. Æque enim Christiani omnes, etiamsi SCAPULARE non gestaverint, si servent mandata, & piè vitam exigant, salvabuntur: & tanquam verè predestinati deducuntur ad montem sanctum vitæ æternæ. Quæ ergò utilitas SCAPULARIS ad eum finem? Magna planè per omnem modum. Est enim SCAPULARIS *gestatio* tessera & pignus uberis gratiæ auxiliatricis, à DEIPARA Sodalibus suis exorata; cujus interventu servabunt mandata, & vitam sancto sine concludent. Et hæc est vis illa specialis, quàm agnosci volumus in gestatione SCAPULARIS, juxta DEIPARÆ sponsonem.

Fateor me versantem in hoc loco, qui præ cæteris hujus negotij salebrosus & impeditus censetur, non posse satis mirari, fuisse, & esse, qui censere viderentur, hunc nodum esse inexpedibilem, cum tamen ejus extricatio, ingenijs non anteoccupatis, videatur facillima, nec plus propositis argumentationibus (verius argutationibus) quatiatur; quam alia quædam sanctorum Hominum enunciata; de quibus nemo litem movet, nemo scandalum patitur, v. g. sanctus

Videantur
quæ supra
1. Pars.
Cap. 10.
circa hæc
disservi-
mus.

Lib. 2. de
penitent.
C. 7. ad 5.

340.

*Lib. de Excellent V.
cap. 4. in fine,
In Virid. 1.
2. Flor. sacr.
Cap. 9.
Part. 2.
pavcl. 10.
num. 37.*

Anselmus negat periturum, qui in B. Virginem fuerit bene animatus. Et familia habent alij, quos adducit Franciscus Mendoza, quibus plures addidi in Diptychis Marianis. Hæc intellecta cum eo condimento, quod adhibui circa gestationem SCAPULARIS, à nemine respuuntur; quia tantum significatur vis alicujus medij ad obtinenda subsidia, quibus quis à fine suo non aberret. At nihil aliud dicitur de gestatione Scapularis. Eam item S. Onuphrij sponsonem, quàm Paphnutius in ejus actis Cap. 13. his verbis consignatam relinquit, à nemine damnari videmus. *Hæc est postulatio mea, quam impetravi à Domino. Si quis oblationem ob amorem nominis mei, ante conspectum D. N. IESU Christi, & ad laudem ejus immolat, ab omni tentatione Diaboli, & à vinculo pravæ artis humane, liber existet; atq; cum sanctis Angelis, in Regno Cælorum eterna hereditatis capax fiet.* Nimirum per subsidia, quæ exorabo, quibus si obicem non apponat, pollicitationis meæ effectum percipiet. Mutentur pauculæ voces in promissione DEIPARÆ pro gestantibus SCAPULARE, & loco Oblationis ob amorem B. Onuphrij; dicatur gestatio pia SCAPULARIS, ad honorem DEIPARÆ; non erit gutta guttæ similior. Unde sicut illa B. Onuphrij promissio innoxia habetur, & à nemine allaturatur, sed piè exponitur; ita par est de promissione DEIPARÆ, quam excutimus, piè onuntiare.

ATTEXO corollarium ac superpondium ex libello, cui titulus *Doctrina S. Bernardi*, qui libellus etiamsi non videatur ipsius B. Bernardi, ex ejus tamen dictis studiosè annotatis coagmentatus est, atq; adeò sua autoritate non vacat. In eo ergò libello sic præscribens inducitur S. Bernardus: [Cogita Monachum illum, *Gerardum* nomine, qui cum de DEI misericordia ultra modum desperaret infirmus ad mortem, jacuit per triduum oculis clausis in mentis excessu; & visitatus ab Abbate, oculis apertis ait: *Bona est obedientia. Ad Tribunal Christi sui, animas Sanctorum vidi, ipsumq; facie ad faciem vidi dicentem mihi: Ecce locus tuus, inter Fratres tuos. NULLVS TVI ORDINIS PERIBIT, si Ordinem amaverit; aut in morte purgabitur; aut brevi post mortem Salvi autem, qui de Ordine tuo sunt; aut in Ordine Apostolorum, aut Martyrum, aut Confessorum, sortem accipient.*] Et hæc dicens, Communionem accepta, descessit.] Quæ glossa verbis Christi hunc Monachum in vitæ margine positum, atq; adeò veracem, accommodabitur, etiam sem præsentem opportuna. Hactenus Raynaudus.

CAPUT III.

SCAPVLARE Carmelo-parthenium ob memorata in superioribus beneficia, prerogativas, ac privilegia apud summos Pontifices, Antislites, Cæsares, Reges, Principes &c. omnesq; gradus semper in pretio fuit, ac pie usurpatum.



ESSERAM Salutis à DEIPARA ipsa prepositam, ex quo per B. SIMONEM STOCK innotuit, certatim Fideles, ex omni gradu ac ordine, arripuerunt. Edocti quippe de singulari DEIPARÆ protectione, in eos, qui usurpato specialis Filiationis & Fraternitatis pignore, ei sese dedissent in filios peculiare: obfignantibus præterea (inquit Raynaldus) narrationis veritatem operibus plerisque supra naturam, identidem DEO pijs hac de re sermonibus attestante; ingens omninò factus est concursus deponentium sibi SCAPVLARE. Cujus quidem concursus, motusq; animorum profus extraordinarij, exordium ducit Venerab. P. Petrus Swaningtonus B. SIMONIS Comes individuis, à miraculo, quod attractu sacri Scapularis, in persona Walteri fratris Decani Wintoniensis patratum attigimus num. 338. præcedenti Capite. *Sermone*, inquit Petrus de eo miraculo, *per Angliam & extra currente, multæ civitates offerebant nobis loca ad inhabitandum, & multi Proceres petebant affiliari huic sanctæ Religioni pro participio gratiarum, desiderantes mori in habitu sancto Ordinis, ut per merita gloriosæ Virginis MARIÆ haberent exitum vitæ bonum.* Subjungit, inde consecutam Ordinis nostri in multis Occidui orbis Provincijs, ad Fidei Catholicæ, Fideliumq; profectum, miram multiplicationem.

Hujus quoque admirandi concursus meminit R. P. Segerus Pauli, in *Chronologia vitæ S. SIMONIS Stock ad annum 1257.* his verbis: *Multi Reges ac Principes, præter vulgus innumerabile, successivè eidem Confraternitati sunt incorporati; quos deinde ipsi quoq; summi Pontifices, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij ex Clero plurimi sunt imitati &c.* Atque magnus ille Belgicæ, & plurium Religiosorum Ordinum antiquitatis Scrutator, Aubertus Miræus, *lib. de origin. & increment. Ord. Carm.*

342.

Cap. 8. 1. p.

Admirabilis hominū concursus postulantium sacr. Scapulare: & undè hic ortum duxerit?



Cap. 6. agens de S. SIMONE Stock, & Scapulari cælitus illi tradito. Tanti, inquit, miraculi famam excepit cum admiratione Orbis universus: veritatem confirmarunt summi Pontifices non pauci: IOANNES XXII. CLEMENS VII. GREGORIUS XIII. SIXTUS V. GREGORIUS XIV. CLEMENS VIII. & cæ. Sanctitatem coluerunt Imperatores, Reges, Principes, Populi, qui in Sodalitium seu Confraternitatem sacri hujus Scapularis passim toto Orbe Christiano, non sine magno pietatis fructu curant adscribi.

Quamvis autem omnes animæ sint eodem apud DEUM loco, nec divitijs, aut dignitatibus, quas pietas & virtus non affectantur, DEO arbitro, plus deferatur, quàm ingloriæ paupertati: tamen, quia DEUS potentes non abiicit, cum & ipse sit potens; ideo non paupertinæ duntaxat plebis vilia capita, aut tenuis, vel mediocris fortis homunciones, sed Magnates quoque ac Summates afflavit, ut vellent habitu sancto per DEIPARAM delecto, atq; exhibito amirari. Antequam verò ex his singillatim referamus, qui hac nostra ætate hanc Marianam vestem gestarunt, primùm paucos ex innumèris indicabimus, qui prioribus illis sæculis eandem devotè usurparunt.

343. OMNIUM summus sua ætate inter Summates Laicos sacri hujus ritus observatores, censendus est S. LUDOVICUS IX. Rex Francorum; qui primùm à Palæstina regrediens, adductis secum de Majorum consensu sex de monte CARMELO Eremitis, vel ab eis edoctus religiosam SCAPULARIS observantiam, vel in regressu ritum satis disseminatam piè usurpans Carmelo-parthenio sodalitis nomen dedit; ut ferunt nostri Historiographi, & optimæ, & verisimillimæ conjecturæ. BONIFACIUS quippè VIII. in Diplomate de S. Regis Canonismo, testatur eum, post reditum è partibus transmarinis, assumpsisse vestem Religiosam, peculiarem, & humilem: quod non posse in aliam cadere, quàm in eam de qua agimus, inferri evincemus. Gaufridus etiam de Bello loco sancti Regis Confessorius, vitæque Scriptor, memorat ejus vestimentum religiosum habens Caputium super scapulas, quale olim erat Scapulare Carmelitarum. Narrat quoque Thomas Cantipratanus de ultione divitiarum Nuntium Comitum Geldriæ ad S. Regem ab Hero missum, à quo hujusmodi sannis derisus est in reditu: *vidi illum miserum Regem Papelardum, Caputium habentem capitis super scapulam.* Quæ est descriptio antiqui Scapularis Carmelitici, ut alibi notavi.

S. Ludovicus sacrum gestavit Scapulare,

Lib. 2. Apum C. 57.

AD imitationem S. LUDOVICI, cum apud eum hæreret, ejus tutelæ concreditus, *Alphonfus de la Cerda*, Alphonfi Castellæ Regis filius, induit ipse quoque sacrum SCAPULARE, ut ex antiquis nostræ Religionis monumentis produnt Neoterici: addentes eum hoc sacrum Schema præ purpureo Paludamento, & aureis torquibus ostentasse, & vitæ sanctioris initia inde esse auspiciatum. Nec modo hic Alphonfus Marianam hanc Ludovici Regis pietatem æmulatus fuit, verum etiam tota Regia ejusdem Familia.

PROCERES Anglos complures sacrum hunc Habitum suscepisse, prodebat, adductus initio Capitis, Swaningtonus. Et annotatur nominatim *Henricus Dux Lancastriæ*, quem à sanctitate & miraculis commendatum legimus. Annotatur item Comes Nortumbriæ. Sed nihil hi Proceres ad S. EDUARDUM II. alias V. Regem, ad quem extat apud Cherubinum Diploma JOANNIS XXII. obiitque anno 1328. malignitate Isabellæ conjugis, & Rogerij Mortimerij Reginæ concubini. Per hanc iniquitatis bigam Rex optimus miserè primum exturbatus est, concitato in eum insano populo. Tum velato vultu raptatus verius quàm agitated, per varia & confragosa itinera, fæneam coronam per ludibrium impositam gestans capite. Cum autem nec veneno, quod illi erat propinatum, nec tetrus odoribus inhalatis, qua erat naturæ firmitate, succubisset: longam denique ejus vitam pertæsi, qui mortuum volebant, curarunt noctu ingentem tabulam super ejus ventrem validè comprimi, & cornu oblongum anui ejus immitti. Intruso autem in cornu, cupreo veru candente, infelicis Regis ilia exusserunt; horrendoq; cruciatus genere, pium Principem neci dederunt. Putabat id genus diritatis, excogitatum primò fuisse apud Sebusianos à rabie ingeniosa mariti, Raynaudus in suo *Prato spirituali*, sed videmus longè anteriorem fuisse eam crudelitatem, & quidem in Regem, eumq; innoxium. De quo hæc attingere placuit, ut constaret novum Jobum, & adamantinum hominem, tantæ patientiæ meritò, *Martyri* titulo honestatum, haud exiguum decus conciliaffe SCAPULARI parthenio. Ob cujus reverentiam, insigniter demeruit Ordinem Carmelitarum, structis ei plerisq; Cœnobijs, & nominatim Oxoniensi; ut essent, qui in ea celebri Academia literis operam darent, futuri ornamento, ac præsidio Religionis.

Item *Alphonfus Castellæ Regis filius: & quanti illud fecerit? Raynaudus loc. citat.*

344.

Et *S. Eduardus I. Rex Angliæ:*

Cap. 60.

Par-

Eduardus
etiam I. &
III. An-
gliz Reges.

Parthenium quoq; hunc habitum gestasse, non pauci affirmant de
EDUARDO I. alias IV. jã dicti parente & de EDUARDO III. alia
VI. ejus successore, Regibus Angliæ, de quibus consilere poterit
Carmelium Thaumaturgum libro I. ad ann. 1314. & lib. 2. cap. 9. alijsq;
ibid. à me laudatos Authores.

345.

Item Rex
Scotiz: &
Duces
Armoricæ
Ioan. V. &
B. Francisca
de Ambrosia.

QUIDAM etiam in hunc Confratrum B. MARIE de monte
CARMELO Album referunt *Regem Scotie* illius temporis, & *Ioan-*
V. Ducem Armoricæ seu Britanniz, & B. Franciscam de Ambrosia ejusdem
Regionis Ducissam: cui satis non fuit Marianum solum Scapulare
gestare, sed & Sanctimonialium Ordinis nostri habitum, defuncto
marito, cum ipso in matrimonio integram Virginitatis florem con-
servasset, assumere voluit. Migravit in Cælum an. Domini 1427.
die 4. Novemb. comitantibus eam SS. Virginibus S. URSULÆ So-
dalibus, quas in vita mirificè coluerat. Vide *Lezanam Tom. 4. Ann.*
Ord. Carm. ad an. 1427. & seq.

B. Angela
Regis Bo-
hemiz fi-
lia &
B. Ange-
la de Arena

Alij his accensent B. ANGELAM *Vladislai Regis Bohemiz* fili-
am: & beatam similiter ANGELAM de *Arena*, sed de his vide jam
citat. Annales ad an. 1251. n. 23. aliosq; Ordinis Historiographos,
& *Carmelum Thaumaturgum lib. 1. ad an. 1551.* sed tempus est, ut
missis his vetustioribus, propius ad nostram ætatem accedamus.

346.

Recensentur
novem
Pontifices,
qui præter
alios complures
Marianum
Scapulare
gestarunt.

A PEX Majestatis quo refulgent summi Pontifices, Christi Ro-
gis Regum in terris Vicarij, non censuit sibi indecorum, hac cele-
sti Tellerâ insigniri. Referuntur in hunc Syllabum GREGORIUS
XIII. & XIV. CLEMENS VIII. LEO XI. PAULUS V. GRE-
GORIUS XV. URBANUS VIII. INNOCENTIUS X. & ALEX-
XANDER VII. de quo hæc refert nost. Ven. P. M. Jo. Bapt. de
Lezana Tom. 4. Annal. ad an. Christi 1251.

Illud à nobis maximè expendendum, quo veluti pretiosissimâ gemmâ
sacra hæc vestis sæculis æternis coronata manebit. Sanctiss. videlicet D. N. A-
LEXANDRUM VII. Romanum Pontificem. Cæli & terre applausu, fer-
tissimisque presagijs nunc regnantem, ea ultro assumpta, & à Reverendiss.
Ordinis N. Generali Antistite sibi oblata, trabea velut regia succinctum & ser-
pulantem esse, pro conperto haberi. Et quod is, qui humanis nullis subter-
Legibus à carnium edulio singulis hebdomadæ quartis ferijs piâ devotione abstine-
idque adeo exactè, ut etiam die illa, quæ ad summum Pontificatus apicem ex-
meruit, quæ quarta feria fuit (tanta à Deo celsitudinis donata pignus pæ-
quam

Nota infig-
nem Alex-
andri VII.
in DEIPA-

quam omni) ejuscemodi abstinentia usus fuerit. Ratus sanè, quod ea habitus gestatione, DEIPARÆ, cujus insigne est, protectione fruatur, quæ tali die Christi Vicariam dignitatem ipsi plenè Patrum suffragijs, nemineque missitante sua intercessione impetravit. Interjectisque nonnullis hæc subjicit idem Lezana. Quam plures sunt Orbis Principes, Dynaste, & Magnates, qui s. hoc SCAPVLARE piè gestasse, in Historijs nostris describuntur, quos inter supremi Ecclesie Pastores nonnulli etiam recensentur; sed præ cunctis unus nobis hoc seculo sufficit ALEXANDER VII. &c.

Et Hippolythus Marraccius in suo Opere inscripto, Casares Mariani, in ejus dedicatoria ad ALEXANDRYM VII. ipsi Sanctissimo loquens hæc habet: Sed & insiti affectus tui ergà DEIPARAM indicium luculentum est, quod cum sacrum illum habitum, SCAPVLARE CARMELITICVM nuncupatum, non solum à vulgari plebe, sed à Principibus, Regibus, & summis ipsis Pontificibus usurpatum (quo B. SIMON Stock Carmelita, DEIPARÆ Virgini MARIÆ singulariter addictus, & dilectus, ab eadem Deipara Virgine, tanquam sue Confraternitatis signo, & sui in eum, & totum Carmelitayum Ordinem amoris tessera, fuit amantissime donatus) jam olim devotissime suscepisses: & die Mercurij beata Virgini Carmelitanae sacro, Tibique propterea à devoto, supremus Ecclesie Hierarcha fuisses renuntiatus: pietatis virginæ retinentissimus, pro Carmelitarum lege & more, abstinentiam à carnibus, in summa licet corporis debilitate, & Pontificia inaugurationis labore, intactam, ut antea, eo die servare, ac illibatam custodire volueris. Hæc ille.

Singulari observatione dignum est, quod de L E O N E XI. scribit P. Segerus Pauli in Histor. vitæ S. Simonis prolixiori, his verbis: Cum L E O XI. jam creatus Romanus Pontifex Cardinalitia exueretur veste, ut Papali indueretur, voluit Prælatus vestiens SCAPVLARE Carmelitarum, quo idem LEO à pueritia munitus fuerat, una cum alijs vestibus è collo tollere, judicans Papalem habitum superare quemcunque habitum. Fieri id vetuit his verbis Pontifex: RELINQVAS MIHI MARIAM, NE ME DERELINQVAT MARIA. Quasi diceret: NOLI ME PRIVARE VESTE SEU HABITU MARIÆ, NE ME MARIA SUA PRIVET PROTECTIONE AC PRÆSIDIO.

ROMANOS Pontifices secuti sunt Principes magno numero, ex gentilitijs Romanorum maximè Familijs, Savellia, Aldobrandina, Burghesia, Barbarina, Pamphilia, Ursina, Ludovisia, Columna, Sfortia, Caraffa &c. eandem sacram torquem eximia pietate

K k k

tate

RAM pietatem.

Et Legnis XI. ergà Marianum Scapulare eximium affectum, & æstimationem.

347.

Loc. cit.

Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, &c. sacr. Scapulare gestantium numerus subduci nequit.

348.

Recensentur nostri temporis Cæsares & Augustæ qui Carmelitic. Scapulare gestarunt.

349.

Reges Hispaniarum Mariano Scapulari additi.

tate allumentes gerentesque. Notantur inter istos, inquit Raynaldus, *Cardinales omnino multi, quos sacrum ostium Pontificie Majestati propriè statuit. Possent ex nomine longum eorum syllabum appendere, sed malo pietatis notari, quam fastidium ex non necessaria, & tamen praelonga recensionem creare. Antistitum verò aliorum, Archiepiscoporum inquam & Episcoporum, aliorumque Prælatorum, eidem Cœtui Mariano confertorum, si est numerus, qui subductionem meam superet, & iusto volumini implendo par foret: tametsi non absque ingrati silentij nota prætereundi videntur, qui recens acini non Sodalitatis voluere, Eminentiissimi Sacri Rom. Imp. Electores, Archiepiscopi Neapolitanus, Colonienfis & Trevirensis; Principes compertissimæ pietatis, & ex gratia sublimitate dignissimi.* Hactenus ille.

TRANSEAMUS nunc ad Laicos, quos inter primum occurrit Augustissimi Cæsares, mundi fastigium tenentes: ex his fuere FERDINANDUS II. & III. FERDINANDUS IV. Romanorum Rex, & qui hodie Sac. Rom. Imperio felicissimè præest LEOPOLDUS I. Austriacus.

Et Heroinæ Augustissimæ ELEONORA Mantuana, FERDINANDI II. & MARIA Austriaca, atq; ELEONORA Junior, etiam Mantuana, FERDINANDI III. successivè Conjuges piissimæ, ac MARGARETA Austriaca, Philippi IV. Hispan. Regis filia, LEOPOLDI I. augustiss. Consort. Plures ex prædictis Marianam hanc vestè suscepere è manibus Ven. P. DOMINICI à JESU MARIA, Viri virtutibus, ac prodigijs toti Orbi notissimi, asserente R. mo D. Joanne Caramuele Satrianensium ac Campaniensium Episcopo, in vite ejus Historia, quàm Libris VII. Viennæ Austriae edidit anno 1655.

EODEM Partheniæ pietatis ac devotionis spiritu inbuti fuere Hispaniarum Reges, ac præ cæteris *Philippus II. & III.* quem hic vel maximè ostendit ann. 1611. in illa tempestate, de qua supra Parte secunda Cap. XV. differuimus; dum tanto cum zelo præcipuum Carmelitarum parthenij Sodalitij privilegium, Bullæ scilicet Sabbathinæ, in Romanâ Curiâ, & apud Apostolicam Sedem, datis etiam ad PAULUM V. efficacioribus literis, tutatus est: & dum Ærarij sui publici Præfectis (qui Regiæ suæ Majestati persuadere nitebantur, ad incrementum non modicum annuorū suorum redituum haud parum confutata solitam passim observari à Mariani SCAPULARIS Confratribus vestra quarta à carnibus abstinentiam minimè permittere, aut moderari)

non minus piè, quàm Catholicè respondit : malle se, ac pluri facere subditorum, atq; vasallorum suorum in DEIPARAM pietatem, ac devotionem, quam proventuum suorum augmentum.

Et ut alios horum regnorum Reges Reginasq; prætereamus, *Margareta Austriaca Philippi III. conjux, Ferdinandi II. soror; ac Maria Anna Austriaca Philippi IV. conjux Ferdinandi III. filia, quæ hodiè univèrsa Hispaniarum Regna pijsimè, felicissimèq; moderatur.*

ANTEQUAM autem ad alias Provincias & Regna transeamus, lubet paucis hujus augustissimæ Domus, & Familiæ alios nonnullos Principes, qui parthenium Scapulare eximia cum pietate gestarunt, indicare. *Maria Anna & Constantia Austriacæ Sigismundi III. Poloniæ Regis successivè conjuges, Ferdinandi II. sorores: & Cecilia Renata Poloniæ Regina Ferdinandi II. filia. Anna Austriaca Philippi IV. soror Ludovici XIII. Regis Franciæ conjux, Carolus, & Leopoldus Wilhelmus Archi-Duces Austriæ, hic Ferdinandi II. filius, ille germanus ejus frater.*

Albertus Archi-Dux Austriæ Maximiliani II. filius, Rudolphi II. & Matthiæ Imp. frater, atq; Isabella Clara Eugenia Sereniss. Belgarum & Burgundionum Principes, omni virtutum laude ornatissimi: & hæc quidem non modo sacrum Scapulare piè gestavit, verum, quod jam supra de S. Ludovico nono notavimus, depudens vanitati, Religiosum illud Schema non in occulto (ut multi & multæ Summates faciunt) sed propalam & in manifesto proferebat.

Maria Anna Electrix Bavaricæ, & Maria Magdalena Hetruricæ Duciss. hæc Ferd. II. soror, illa filia: & ne diutiùs in alijs recensendis inmoremur Carolus Joseph, Maria Leonora, & Maria Anna Archi-Duces Austriæ, Ferdinandi III. Regia Proles.

UT Lodoicei sanguinis simul & Regni, sic pietatis heres *Ludovicus XIII. viso in obsidione Monte-Pessulana ingenti miraculo glandium; quæ è sclopeto emissæ in nobilem præfectum militiæ cataphractæ, non læserant, tactu sacri Scapularis, quod gestabat, emolita, voluit ea Marianæ protectionis Tessera, & ipse communiri. Probavit se quoque pijsimi hujus Principis, ac præfati sancti Ludovici germanam sobolem Ludovicus XIV. dum anno 1655. triumphalem DEIPARÆ pompam, & clientelaris subjectionis tantæ Matri præ-*

350.

Et complures Augustissimæ Domus Austriacæ Principes.

Notanda hujus Principis pietas & Religio.

351.

Reges Franciæ.

stitæ, publicam professionem, solemnî anniversario ritu recurrentem, obsignavit sacri hujus Schematis ultrò expetita assumptione: quo Regiam Majestatem suam propalam convestit R. P. Leo à S. Joanne Regius Ecclesiastes Ord. N. Visitator Apostolicus. Alij hæc censent (ut nunc alios non paucos mittam) Valesiæ & Borboniæ Ducum & sanguinis Principes) *Henricum IV.* qui militiæ Ordinem instituit in honorem B. *MARIÆ* Virginis de monte *CARMELO*, ac jus Consortem *Mariam* Mediceam, ejusdem *Marianæ* pietatis oblectantissimam *Heroinam*.

Reges Lusitaniz, & Poloniz.

Nec his omnibus in hoc Partheniæ pietatis ardore cesserunt Reges Lusitaniz, maximè Rex *Sebastianus*: aut Reges Poloniz *Augustus III. Vladislaus*, & *Joannes Casimirus* ejusdem filij & successores, *Alexander*, & *Carolus* Episc. Vratislaviensis, horum fratres, ut aliter reticeamus, *Jagellonidum*, *Regijq;* Polonorum ac suecorum sanguinis Principes &c.

352.
Duces Bavariz.

Nec prætereundi Regibus suppare Bavariz Ducem, atque Electorem, *Maximilianus*, qui hac Mariana veste, tanquam armatura insuperabili, muniri voluit, priusquam anno 1620. ad bellum Pragense contra rebelles Bohemos, ipsorumq; Pseudoregem *Fridericum Palatinum* procederet, uti hisce verbis testatur Reverendiss. *Caracul* in vita *V. P. Dominici* lib. 5. Cap. 3. *Parthenio SCAPULARI* primus armis investitus fuit Dux, scilicet *Maximilianus*: postea militiæ Principi, postea ceteri, tanto numero, ut debuerit Ducissa cooperari, & jurare, multa millia consciendo *Monachij*; quæ ad exercitum missa, & à *DOMINICO* benedicta, militibus distribuerentur. Hæc ille. Nec minus profuit *Maximiliano* *Marianum SCAPULARE*, quàm *Theodosio* Magno *Augusto Scapulare S. Senuphij Abbatis*: & sicut hic illo instructus *Maximus* tyrannum potentissimum, & multis victorijs ferocientem, felicissimè, ferè absq; suorum sanguine prostravit; ita ille non minus feliciter, paucis suorum desideratis, *Palatinum Pseudoregem* similiter insolentem superavit.

Quando & à quo Dux Maximilianus Scapulare receperit, & quid illi contulerit?

Maximiliani vestigijs, in *Mariano-Carmeleo Scapulari* gerendo, insigni cum pietate inhæserunt *Elisabetha* Lotharinga, serenissima eius conjux, & filij *Ferdinandus Maria* Bavariz Princeps & Elector, & *Maximilianus* Dux &c. ac nurus *Adelheydis* Sabaudiz prin. *Francis* quoque ejus serenissimi *Ferdinandus* Colonienfis Archiepisc. & Elector.

& Albertus cum conjugē Mechtildi Leuchtenburgica, & natis suis Ioanne Francisco, Maximiliano Henrico Archiepisc. ac Electori Colonienſi, Alberto Sigismundo Episcopo Frisingenſi ac Ratisbonenſi, & Maria Renata, &c.

HIS quoque sicut fanguine, ita & eodem Marianæ pietatis ac devotionis spiritu proximè conjuncti sunt Duces Neoburgici, Philippus Guilielmus, & Elisabetha Amelia cum Ducali Sobole &c.

Nec ab his recesserunt Duces Lotharingiæ Carolus, ac Nicolaus Franciscus, ejusque conjux Claudia, ac nati Ferdinandus Philippus, Carolus Leopoldus, & Maria Teresa: & ut alios complures ex hoc Regio sanguine prætereamus Franciscus Episcopus Verdunensis &c.

Ex pluribus Sabaudiæ Ducibus paucos insinuabo, scilicet Carolum Emmanuelem, Victorem Amadeum, ac Carolum Emmanuelem juniorem, horumque Sereniss. Conjuges; atque Franciscum Thomam, Principem, Mariani habitus cultui impensè addictos.

Idem dixerim de Mantuanis Ducibus Carolo I. & II. & Vincentio Gonzaga, missis permultis aliis.

Idem de Cosmo II. & Ferdinando II. & hujus conjugē Victoria aliisque Ducibus Hetruriæ: & Edvardo Principe Parmense, aliisque Proceribus illustrissimis Italiæ, maximè Regni Neapolitani ac Sicilia.

Aliarum Illustrium familiarum, etiam primæ notæ, & Regiis ac principalibus titulis micantium, Carmelo - partheniæ huic pietati, atque observantiæ addictarum nomina & exempla prætereo; quod in omnibus regnis non modo Europæ, verum etiam non paucis novi Orbis, & Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium, abundant, & ex Codicibus, quos Tabularia Confraternitatis hujus asservant, longa seriè promi possint.

Ex his deducitur primò, à veritate alienum esse, quod nonnulli perperam affirmant, observationes religiosas, & sacra pietatis instrumenta, atate nostra, apud Magnates vilescere, dum verentur, inanis observantiæ ac superstitionis notari.

Deduces secundò, quàm falso quidam Anti-Mariani, & invidiæ spiritu impulsî, assèrant, Partheno-Carmeliticum SCAPULARE jam inde ab initio non fuisse assumptum, aut usurpatum ab Optimatibus, verum à plebeis duntaxat, & infimæ sortis hominibus. Quan-

Kkk 3

quam

353.

Duces Neoburgici. Duces Lotharingiæ.

Duces Sabaudiæ.

Duces Mantuani.

Duces Hetruriæ, Princip. Parmens.

354.

Corollaria è dictis supra deducta.

quam non id ego pro summo S. SCAPULARIS honore vendito, qui sciam quo loco sit apud DEUM quantavis mundana nobilitas: nec attendi in Cælo, quantopere quis supra alios mortales eminent fastigio terrenæ dignitatis, sed quanto gradu virtutis præcellat. Ut proinde quem virtus deficit (quod præclare docuit sive Eucherius, sive Eusebius Gallicanus) ignobilis habeatur, & rusticanus. Inter Summates vero numeretur apud DEUM, & nobilissimus atque illustrissimus supra Reges ac Cæsares habeatur, vel si opilio, aut agroso fuerit, qui abjectionem generis, & natalium vilitatem pietate condecorat: & splendore virtutum pensat, ut benè pronuntiavit Nazianzenus; qui etiam ex Basilij sancti persona, Christianum non dignitate, sed fide viva atque virtute insigniri confirmat.

Hom. 3. de Pasch.
 Quis apud DEUM magnus, aut illustris habeatur?
Orat. 28. num. 14.
Orat. 2. num. 24.

355.

Mira non solum Europæorum, verum etiã Indorum devotio ad Carmelit. Scapulare.

CÆTERUM medij ac infimi ordinis Sodalium, seu ut vocari solent Confratrum ac Sororum frustra iniretur numerus, non modo in nostræ Europæ regnis, verum etiam Indiarum tam Orientalium, quam Occidentalium, ut testatur in suo opere Romæ an. 1666. excuso, & Italicè inscripto, *Prima Speditio all' Indie Orientali &c.* noster Joseph à S. Maria, ALEXANDRI VII. Legatus Apostolicus ad regna Malavarica, & Episcopus Hierapolitanus. Hic *lib. 2. ejusdem Operis cap. 2.* de quodam loco, quem *Carolengate* Italicè nuncupat, in ultimis Indiarum Orientalium finibus sito, refert: se ibidem reperisse ultra quinque millia hominum sacr. SCAPULARE gerentium, ac deprehendisse in illis Regionibus quammaximam populi ad illud ac SS. MARIAM Virg. de monte CARNELO pietatem atque devotionem. Id quod in omnibus alicujus notæ civitatibus, ac etiam plerisque oppidis, quo Sodalitij institutio pervasit, quot mensibus usurpari oculis potest, in solemnibus supplicatione, quam obire, frequentibus qui in loco degunt Sodalibus, ex usu est. Sed maxime in anniversaria SCAPULARIS Virginis festivitate, quæ, ut supra dictum, recurrit solemnibus 16. Julij, aut Dominica proximè sequenti. Tunc enim redaccensis Sodalium studio, præ quibus tempestatis illius æstus frigere videri possit, tantus concursus omnis generis, conditionis, ac sexus personarum, ad professionem susceptæ prius religiosæ observantiæ, ut appareat Cælestem afflatum intervenire, & Reginam Cæli Clientum suorum copiosam multitudinem evocasse.

[Cont.]

[Consideratione verò (inquit Raynaudus) dignum est, hæc studia indies non obsolescere. Imò quo magis nebulones aliqui, & pruriginosi à pietate malè constituti, in sacrum SCAPULARE, licenter vel linguas exerunt, vel calamos exacuunt, eo amplius feruere Fidelium affectus, & numerum augetur, captantium Religiosum hoc Schema, ut per illud inter speciales DEIPARÆ Filios ac Fratres cooptentur. Nimirum casti sunt Satanae, & Emissariorum ejus quantivis conatus, adversus desponsam à DEIPARA tutelam. Et ex antiquo Divinae Curia stylo, pietas, quo plus appetitur turbibus, eo felicius increfcit. Notatum id est in Filiis Israel, de quibus scriptum est Exodi 1. Cap. *Quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant.* In Christianis falce Ethnica demetis, idem observabat Tertullianus, cum Paganis insultaret ac diceret: *Nil proficit exquisitior quaque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ.* Plures effimur, quoties metimur à vobis: semen est, sanguis Christianorum. Tunc magis edificatur hæc secta, cum cædi videtur; ajebat idem ad Scapulam. Idipsum occino obstrepentibus pietati Scapularis Carmeliti &c.]
Hactenus Raynaudus.

Loc. cit.
Quanto magis ab aliquibus hic Deiparæ cultus ac habitus impugnetur, tanto amplius increfcit & inclarescit.

in fine Apolog.

CAPUT IV.

Satisfit objectionibus contra dicta in precedenti Capite.

Dupertinam plebem, Orbe ferè universo SCAPULARI Partheno-Carmelitico addictissimam, nemo invidet. De Summatibus tamen est qui reclamet. Nec unus, quamvis unus præsertim Launoyus; qui duas Regum gemmas, S. LUDOVICUM IX. Gallia, & S. EDUARDUM II. Anglia, Monarchas, Scapulari Mariano indutos, dicere; falsitatis infimulat, & ab historica veritate abhorrere contendit.

S. Ludovicum ex albo Sodalium expungit Launoyus, suo illo solemnari ariete adhibito; quod nemo è tot Historicis, qui S. Regis acta conscripserunt, tradat eum SCAPULARE Carmelo-parthenium induisse. Non Gaufridus de Bello-loco S. Regis Confessarius: non Guilielmus Carnotensis, ejusdem Sacellanus; non Jonuil-

356.

Jonuillæus, non Clydoreus, non Petrus Matteus, res sancti Regis persecuti. Non Bonifacius VIII. qui de eo pleraque adduxit in Diplomate Canonismi; non S. Antoninus, non Papyrus Massonus; non eorum ullus, qui attinentia ad S. LUDOVICUM ex instituto, vel obiter attigerunt. Tantum ante hoc trinocitium, absque veterum suffragatione, auditum est, S. LUDOVICUM gestasse SCAPULARE Carmeliticum. Est igitur fabula gratis conficta, ut magnum illud nomen, inescandis ad Sodalitium ceteris, subserviret. Sicut ex S. Basilio, columba unguentis oblita sepius solvitur; & ad alias pelliciendas inhalatione exquisita fragrantia adhibetur. Constat quidem multorum veterum assertione, S. LUDOVICUM in Gallias reducem, eò primum induxisse Carmelitas, secum ex Oriente abductos. Quod autem Scapulare Carmelitanum gestaverit, nemo prodidit Antiquorum. Est ergo novum figmentum, ad conciliandam Sodalitio claritatem, excogitatum.

Epist. 175.
ad Juliet.

357.

Argumentum ab auctoritate negativa ductum quid concludat?

Huic Launoyanæ argutationi obviando Theoph. Raynaudus *Lib. cit. Part. 2. quest. 8.* ait: [Hoc Argumentum (ut sæpe dixi) falsitate sordet, ut mox patebit: & stramineum est, ac indignum Philosopho; cui in Dialecticis rudimentis insonat vulgare estiam de inanitate argumenti ducti ab auctoritate negativa. Est etiam indignum Theologo, quia nihil proferri potest opportunius, ad convellendas omnes traditiones scripto non comprehensas; quam si dicatur, nihil esse admittendum, nisi quod ab aliquo ejusdem Scriptore sit proditum; quod est huic magno Antiquario (id enim maxime affectat audire) primum principium.

Ad Annum 1250. Utrum ante S. Ludovici à Palæstina reditum Carmelitæ fuerint in Gallia?

Quinam autem sint multi illi Antiqui, à quibus proditum est S. LUDOVICUM à Palæstina reducem, primum fuisse, qui Carmelitanos illinc advexerit in Galliam; non modo me latet, sed etiam scio falsum esse: & bene rejicitur à Spondano, annotante, longe ante regressum S. LUDOVICI à Palæstina, aliquot Cœnobia fuisse Carmelitanis constituta in Gallia: & nominatim Burdegalense, in quo S. SIMON *stock* totius Ordinis Generalis, cum visitationem obiret, vita functus est: quod Cœnobium legitur fundatum anno 1099. cum regressus S. LUDOVICI à Palæstina adductis secum Carmelitis Gallis, quos in Palæstina reperit, consignetur anno 1144.

An S. LUDOVICUS antè regressum suum in Galliam, suscepit in Palæstina SCAPULARE, sacrum hunc ritum ibi edoctus : an post regressum idem præstiterit, non ausim affirmare. Suscepisse tamen, atque gestasse SCAPULARE Carmelo-parthenium, quidquid mordax Zoilus muginetur, non est difficile persuadere.

In primis enim certum est, S. Regem Carmelitis addictissimum; præsertim ex quo periclitatus in Mari, appulit ad litus Carmelo subjectum, & cum Fratribus illic degentibus egit familiariter. Narrat hoc ævi illius Scriptor Guilielmus de Samuco, author Chronici de Carmelitarum diffusionem per Syria & Europa Provincias; memorans sex Gallos illius Cœnobij alumnos à S. LUDOVICO fuisse expetitos: & cum bona venia Moderatorum, in Galliam abductos. Pijssimum ergo Regem, ergà hos DEI Servos optimè animatum, & per tempus peregrinationis sancta eorum consuetudine captum; magnum erit si credamus, Habitu sancto, de quo ab iisdem Religiosis inaudierit, amicitiri voluisse; hominem adeò flexilem ad pietatem, & cujusvis religiose observantiæ sequacem, ut ejus Acta demonstrant? Nec est inane, vel adeò obscurum collati sancto LUDOVICO sacri SCAPULARIS argumentū, quod contulit Carmelitis Parisiensibus trabeam purpureā, quàm gestaverat in sua in Regem inauguratione: veluti refundens Regium paludamentum, pro panno, quoad materiam vili, sed ad pietatis usum pretioso.

Quod verò admodum urget BONIFACIUS VIII. in Diplomate de ejus Canonismo, affirmat, S. LUDOVICUM è Palæstina reducem; [summæ humilitatis insignia demonstraturum, pompis à se penitus abdicatis (licet vita & conversatio ejus prius fuisset satis honesta) peculiarem vestem, non pomposam sed humilem: non regiam, sed religiosam, assumpsisse.] Idem fert, quod Gaufridus de Bello-loco, & Guilielmus Carnotensis, ipsius Domestici affirmant, S. Regem gestasse Caputium ad scapulas protensum, vitæ religiose insigne. Et idem habetur ex Thoma Cantipratano, ejusdem ævi Scriptori; quem suprâ adduxi, memorantem fannas Nuntij à Duce Geldriæ Lutetiam missi, qui in reditu derisit, incessitque scommatibus gestationem Caputij scapulas tegentis, quàm in S. Ludovico notarat. En ergo Authores S. Ludovico synchroni, quos adversarius extare negabat; attestantes gestationi Scapularis per S. Ludovicum,

358.

S. Ludovicum Carmelitis addictissimum.

S. Ludovicum Scapulare Carm. gestasse probatur, respondeturque Adversarij objectionibus.

vicum. De Scapulari enim Mariano, quod jam olim nomine *sancti Habitus, & religiosi Habitus* Carmelitani donatum est, accipio, quod hi Scriptores tradunt de Religioso indumento per S. LUDOVICUM assumpto: & in regressu è Palestina, palam gestato.

359.

REFRAGATUR tamen huic meæ interpretationi horum Authorum, Lucas Wadingus Ordinis Minorum; existimans accipiendos potius esse, de habitu tertij Ordinis S. Francisci. A plerisque enim proditum est, S. Ludovicum S. Francisci fuisse Tertiariū. Hoc non nego; virum enim undecunq; captantē Religiosæ pietatis exercitium, eum sicut Carmelitani, ita hanc Franciscani Ordinis tesserā, assumere voluisse, facile persuadeor. Sed Vestem Religiosam, de qua citati Authores loquuntur, fuisse vestem Tertiariorum S. Francisci planè inficior. Et probo; quia habitus Tertiariorum S. Francisci, aliū non erat quàm Chlamis & Tunica; ut habetur in Regula Tertiarij præscripta. At vestis S. Ludovici, quàm Authores adducti describunt, habebat cucullum ad scapulas protensum. Erat igitur alia à vestitu Tertiariorum S. Francisci. Quinimmo de ipso habitu FF. Minorum simpliciter dictorum ambigi potest; an initio habuerit Caputium, sejunctum à tunica. Nam cum FF. Minores principio incederent amicti more Pastorum (hoc est, habentes Caputium tunicæ assutum) primus S. Bonaventura in Comitij Generalibus Narbonæ habitis, anno 1260. cucullum adjecit; ut in ejus vita annotat Gallefinius, habeturque etiam ex Volaterrano.

Cap. 3.

Cap. 9. lib.
21. Antropol.

Confirmatur, quia in ea S. Francisci veste, quam asservat magnus Dux Etruriæ theca Christallina obductam, cernitur caputium quadratum assutum, absque orbiculari parte ad pectus pendente: & absque rotundo Capitis obvelamento, quod unum postea FF. Minoribus præscripsit S. Bonaventura. Si igitur simpliciter dicti Minores, initio caruerunt caputio; sed inceserunt sicut pastores, aperto capite, fluente capillitio: Tertiarij autem explicitè præscripta est jam olim vestis absque cucullo; unde divinare nequaquam licet; caputium à capite ad scapulas pendens, à S. LUDOVICO gestatum, fuisse habitum Tertiariorum S. Francisci? Fuit ergò SCAPULARE Carmelo-parthenium, ut disertè produnt laudati Historici, & confirmat ratio ex eo ducta; quod nullus alius tunc Ordo, præter Carmelitas, habebat SCAPULARE pro tessera.

Ordi

Ordinis, Sæcularibus communicabili. Sed cum FF. Minores funem, Dominicani Rosarium, Augustiniani cingulum, impertiunt Sodalibus quos asciscunt, sola ex illis Religio Carmelitana imperit Scapulare. Nunc quidem absque caputio, per nonnullam condescensionem ergà eos, qui timebant audire Monachi, si prodirent cucullati: olim tamen cum cucullo sive caputio, ut disertè habet Joannes Author libri *de institutione Monachorum Cap. 39.* & docent etiam veteres picturæ, hodieque conservatæ, ut notant doctissimi P. Leo à S. Joan. in *Typo vest. Religiose*, & P. Joan. Cher on in *vindic. pag. 179.* qui hoc punctum diligenter discussere. Nec hujusmodi Scapulare cucullatum, tunc temporis occultè gestabatur, ut nunc de Scapulari recepto assolèt, sed propalàm, & in manifesto præferebatur; non abhorrentibus piis Fidelibus, profiteri se apertè, speciales DEIPARÆ Filios: idque à S. LUDOVICO factum notat Palæonydorus.

Quod autem Adversarius ait, vel hoc nomine id repudiandum esse, quod scriptum sit à Palæonydoro, Scriptore Mythologo, convitium est non argumentum, refellens, quod de hac re dixit Palæonydorus; qui tametsi Canonicus Scriptor non sit, atque adeò aliquando humani quippiam pati potuit; non est tamen cur adeò despuatur, homo suo sæculo clarus: & variis scriptionibus à Possentino in *Apparat. sac.* recensitis, celebratus.] Ita Raynaudus

In sancto EDUARDO II. Anglorum Rege, Sodalibus nostris Parthenijs eripiendo, licenter admodum exultat adversarius, adducto enim Palæonydoro id tradente, & ingentia beneficia à S. EDUARDO secundo Carmelitis collata, intuitu SCAPULARIS Mariani referente, reponit; (*At S. Eduardus secundus, cum ad annum circiter 1064. obierit, uti non potuit Privilegio Stockij, qui ducentis annis illo Rege posterior fuit.*) Impingit hic Adversarius nec uno modo. Imprimis quia EDUARDUM illum sanctum, quem ait obiisse sub anno 1064. ait esse Eduardum secundum. At is fuit Eduardus tertius. Deinde quia non advertit, post hunc Eduardum tertium, fuisse alium, æque dictum Eduardum secundum. Et iste quoque fuit Sanctus, in quem cadunt, quæ dixit Palæonydorus.

Observandum itaque est ex Camdeno, EDUARDUM illum In Britan. sanctum, qui sub annum 1064. nullis relictis liberis è vita excessit; Chorogr. testa-

630.

Quot fuerint inter Angliæ Reges Eduardorum diversa familiae?
Anno 1307

testamento instituisse successorem Guilielmum Nothum, Normanniæ Ducem; ejus posterum, quod sanguinem ex Eduardo III. non traherent, novam induxerunt *Eduardorum* seriem, inchoatam ab obitu per Anglos Normannia, ut attigit Spondanus; bene monent hunc EDUARDUM secundum, de quo agimus, attenta serie Regum Anglorum anteriorum ejusdem nominis, dicendum fuisse *Eduardum quintum*: juxta autem novam seriem dici *Eduardum secundum*. Tres enim numerabantur Reges Angli, sortiti nomen *Eduardi*, ante Normannorum in Anglia dominatum. Primus obiit anno 927. Secundus pro Martyre habitus, & miraculis clarus, fato functus est anno 978. Tertius excessit è vivis, anno 1066, & centum ab obitu annis per ALEXANDRUM III. fastis Sanctorum est adscriptus. Postquam vero Angliam tenuere Normanni, nova series *Eduardorum* est inchoata; in qua primus obiit anno 1307. Ejus filius *Eduardus secundus*, præ adamantina patientia Martyr habitus, is est quem Palæonydorus in hac *Eduardorum* serie, rectè nominavit *Secundum*. Vixit autem tempore JOANNIS XXII. cujus Diploma ad hunc Eduardum exhibet Cherubinus, præfixa hac inscriptione; *Charissimo in Christo Filio EDUARDO II. Regi Anglorum Illustri*. Unde cum Reges omnia pervideant, non ignoravit, quæ in Anglia erant vulgatissima, de viso B. *Simoni* objecto: & ea quoque rescivit, quæ fama passim disseminabat, de apparitione DEIPARÆ, & promissione per eam facta JOANNI Pontifici. Itaque rectè dicitur, favisse Carmelitis, intuitu SCAPULARIS Mariani, illudque induisse & gestasse, ut referebat Palæonydorus. Quem si Launoyus deprehendisset in adeò aperta aberratione circa notam temporis, & in tam pingui anæchronismo, cujus ipse revictus est; ut insultaret prostrato? ut exultaret? ut ostentaret suam Antiquitatum peritiam, & in scrutandis vetustis ruderibus, ac parietinis accurationem?

S. Eduardus intuitu Mariani Scapularis plurimum favet Carmelitis.

361.

An pauperes in nostrum sint recipiendi Sodalitium?

NONNULLIS quoque parum æquis ac sapientibus Mariani habitus, cultusvè æstimatoribus ac promotoribus, minus congruum videtur, quod pauperes & inopes, mulieres ac puellæ, aut humilis atque infimæ conditionis, & ætatis personæ promiscuè hac sacra veste induantur, atque in tam illustre Sodalitium adsciscantur. Verum hos minimè esse excludendos, nullus verè pius ac Christianus negabit.

Nam

Nam pro pauperibus in Cœtus Christianos cooptandis, S. Jacobus in Epistola sua Canonica, contexit Apologiam, docens pauperes non esse hac in parte posthabendos: nec esse cur is, qui in veste præclara, & splendidè annulatus accedit, admittatur, truso foras paupere. Nazianzenus paucis multa in eandem sententiam stipavit. Pauperes, inquit, nostri secundum DEVM fratres, etiamsi nolitis: qui eandem nobiscum naturam nacti sunt, atq; ex eodem luto compacti, ex quo primum creati sumus, qui nervis atq; ossibus perinde atq; nos innexi: qui pellibus & carnibus aequè ac reliqui omnes induti: quiq; etiam (ut majora dicam) imaginem Divinam perinde ac nos acceperunt, meliusq; fortasse, quàm nos, tuentur atq; conservant; etiamsi alioqui corporibus labefactati, atq; corrupti sint; qui eundem Christum secundum internum hominem induerunt, atq; idem spiritus pignus fidei suæ commissum habent: qui earundem nobiscum legum participes facti sunt, eorundem Oraculorum, Testamentorum, Conventuum, Mysteriorum, ejusdem spei: pro quibus Christus, qui totius mundi peccatum tollit; qui celestis vite coheredes sunt; etiamsi ab hac longè aberrarunt, qui cum Christo sepeliuntur, ac cum eo ad vitam redeunt: siquidem compatiantur: ut & conglorificentur. Similia habent Basiliius atq; Nyssenus, à quibus causa pauperum agitur valentissimè. Itaq; nō est cur pauperes repellantur à sacris Cœtibus. Quis verò non est averfatus anomalam pietatem Livoniorum, quorum meminit Gerson, dicens, eos procul fecisse à communione Corporis Christi, rusticos & egenos? Commendat usum contrarium Chrysofostomus: esset ergò haud dissimiliter justa concitatio, si pauperes (tantum quia pauperes) à speciali Filiatione DEIPARÆ excluderentur.

Orat. 16.

Quare pauperes non sint spernendi, sed admittendi?

I. P. Opus. de declarat. defectum Ecclesiast.

PRO admittendis autem in suo gradu & ordine mulieribus, sufficit ea ratio, quàm suggestit pia matrona, cum S. P. HILARION ad colloquium eammittere recusaret. Dixit enim: *Et hic sexus genuit Salvatorem.* Et sunt sanè ipsæ quoque capaces omnium spiritualium bonorum, quæ Sodalibus indulgentur: & possunt absq; indecentia, in hujusmodi Cœtum cooptari.

362.

An mulieres &c.

Tandem pro constitutis in humili ætate, pugnavit Christus Dominus, affirmans talium esse regnum Cælorum, & vetans eos prohiberi ad se accedere. Itaq; quos DEUS admittit, homines ne repellant; cum præsertim Ecclesiæ pietas, ipsos etiam lactentes, sacris divinatorum Ordinum vestimentis, passim induat.

An pueri, & puellæ?

363.
An mani-
fè facino-
rosi?

Hom. 17. in
Epi. ad Heb.
in mor.
lib. 5. instit.
cap. 12.
Orat. 1. in
Agonist.

Lib. 4. E-
pist. Ser.
Poët. pag.
187.
Homines
bonæ famæ
& vitæ so-
lum admit-
tendi sunt.
In Thef.
Carm. c. 23.
Matth. 7.

UNUM autem impensè animadvertendum est à prælati & præ-
fectis celeberrimi hujus Sodalitij, ne scilicet promiscuè omnes, si vi-
tam & mores spectemus, admittantur: neque enim manifestè facino-
rosi, aut vitam exlegem, cum publica offensione agentibus, confe-
rendum est sacrum hoc Marianumq; schema, redundaturum in So-
dalitij infamiam. Quod si olim, qui admittebantur in agonisticos,
probabantur, nec nisi expertes labis, ac noxæ allegebantur in Cœtum,
cæteroqui profanum, ut S. Chrysostomus notavit & Callianus, ac ex
Theognide Themistius, Faber & alij in eo argumento versati; quo-
modo pius Cœtus Filiorum & Fratrum specialium DEIPARÆ, per-
sonas probrosas in unum secum mysticum corpus, glorioso DEI-
PARÆ nomine prænotatum, adscisceret. Incongrua profus esset
ea consociatio, possetq; ei occinî illud Propheticum: *quid poteris ad
tritium?* Universa item illa planè indigna parium disparium consocia-
tio, quæ ab Eucheria nobili puella rustici & servi conjugium dete-
stante, carmine eleganti recensetur, bellè ad hujusce Societatis aver-
sationem faceret. Personæ ergò ritè probatæ, & bonæ famæ & vitæ,
atque sine macula Cœtum dehonestatura, in Sodalitium hoc Carme-
lo-parthenium coaptandæ solum sunt. Sic cœnset cum multis Cypria-
nus à S. MARIA, adducens ad hoc confirmandum illa Christi Domi-
ni verba: *Nolite dare Sanctum canibus, neq; mittatis margaritas vestras ad
porcos; ne fortè conculcent eas pedibus suis, &c.* Id est, ut ipse exponit
ad hoc propositum: *Nolite cælestem & Marianum hunc habitum con-
ferre hominibus, qui instar porcorum, in peccatorum
luto volutantur, & instar canum repetitis sceleribus
ad vomitum redeunt.*



PARS